Epistolae
virorum doctorum ineditae,

quas

e codice autographo

bibliothecae academicae Lignicensis

transscripsit

Dr. Fridericus Schultze,

Academiae Equestris Professor et Bibliothecae Praefectus.

Fasciculus primus,

unam Josephi Scaligeri ad Bagarrium,

sedecim Isaaci Casauboni ad Abrahamum de Bibran, equitem Silesium,

epistolas continens.

Lignitii,

typis E. D'oench.

MDCCCXXVII.

VIRO

PARENTIS NOMINE PIE COLENDO

LUDOVICO WACHLERO

LITERATORUM GERMANIAE LONGE PRINCIPI

S. P. D.

FRIDERICUS SCHULTZE.

Tuo potissimum nomini hunc epistolarum fasciculum inscribere ausi, vir summe reverende, nihil nisi Tua Tibi reddere sumus conati. Utinam quatenus a nobis profecta sunt, non prorsus indigna, quae ad Te missa sint, esse videantur! Tu enim thesaurum, in Bibliotheca Academica nostra obrutum, quasi effodisti, primam de codice epistolarum autographo, qui Bibrani, Equitis Silesii, fuerat, notitiam nobiscum communicans. Te auctore epistolas transscripsimus omnes et in programmate Academico anni MDCCCXXIV., quid codice contineatur, pluribus enarravimus. Epistolas ipsas selectas undecim in ephemeridibus Seebodii: Archiv für Philologie und Paedagogik, Jahrgang 2. Heft 3. vulgavimus, specimenque adnotationis, quam addere visum est, eodem loco propediem apparebit, culpa librarii Lipsiensis retardatum. Legitur ibi inter alia ipsius Abrahami de Bibran narratio de vitae studiorumque ratione: pauca solum, quibus carere haud facile possumus in legendis his epistolis, inde excerpere liceat, passim aucta: Abraham de Bibran et Kittlitztreben in Woitsdorf et Profen natus est anno 1575 die Matthaei, in vico Kittlitztreben, prope Boleslaviam sito, patre Joanne, matre Eva, e gente nobili Schellendorfia. Bibranorum familia Franconicae originis esse videtur, ubi adhuc floret; in parte gentis Silesiaca, a saeculo XIV. inde clara, hodie familia Modlaviensi florente, praeter avum Abrahami Christophorum, anno 1552 mortuum, inprimis

nominatur pater Joannes, qui fortiter pugnavit in expeditione Mediolanensi, quam fecit Felix Comes ab Arco, nec non in bello Hungarico anni 1566, domum redux, senior ducatuum Svidnicensis et Javoriensis creatus, ad Caesaris aulam saepe missus est, mortuus anno 1595. Fratres Abrahamo duo erant, natu major Christophorus, quocum Gorlicii et in Academia Julia, quaeHelmstadii florebat, literis studuit, junior Adamus, sororesque plures. Abrahamus inde ab anno 1588 in gymnasio Gorlicensi rectore Laurentio Ludovici versatus est in artibus ingenuis; anno 1592 se contulit in Academiam Juliam, postea in Lipsiensem et Marpurgensem; sequuntur itinera in Germania, Italia, Hispania, Gallia et Belgio facta. Anno saeculi XVII. quinto ad penates reversus, honoribus patris ornatus, novisque auctus est, Sacrae Caesareae Majestatis Consiliarius, et Curiae Regiae Adsessor creatus. Uxorem duxit anno 1621 Cunigundam, e gente nobili Gersdorffia, ex qua duos susceperat filios, praematura morte suis ereptus anno 1625. — Epistolas, quas viri suae aetatis clari, quibus innotuerat, ad ipsum scripserant, in hunc codicem conjecit, qui propter familiaritatem Bibrano cum Georgio Rudolpho, Duce Lignicensi, contractam, in bibliotheca Ducali, nunc Academica, nobis servatus esse videtur. Insunt ei 178 epistolae autographae, ab anno 1588 usque ad 1623 scriptae a viris gravissimis, ab Isaaco Casaubono 16, a Jano Grutero 15, a Justo Lipsio 3, a Friderico Lindenbrogio 4, plures Marquardi Freheri, Casparis Dornavii, Rectoris Gorlicensis, Georgii Rudolphi ducis, Moretorum, Dan. Vechneri, Abr. Sculteti, aliorum. Praeterea reperiuntur plures ipsius Abrahami epistolae ad parentes et amicos scriptae, apographa epistolarum inscriptionumque, ipsius manu exaratae, adumbrationes commentationum et picturae lineares. Quantum valeant tales epistolae tabulaeque ad philologiam, ad literarum historiam, ad Germanorum studia tum temporis florentissima cognoscenda, inspectio codicis, licet levis sit, cuique monstrabit; neque rerum publicarum, ecclesiae, aularum statusque domestici historia inanis abibit. Sed de summa haec quidem hactenus. De septemdecim epistolis, quas nunc Tibi misimus, pauca subjiciamus: plura dare animus erat; praeter unam Scaligeri et sedecim Casauboni, omnes et Gruteri et Lindenbrogii epistolas; sed propter fusiorem Annalium Academicorum enarrationem et epistolarum numerus et adnotationis prolixitas erat coercenda.

1. Ea, cui primas dedimus partes, est codicis 241, secundum ordinem chronologicum 63. Bibranus epistolam, a Bagarrio ipso fortasse secum communicatam, cum Parisiis versaretur, transscripsit. Scaliger respondet his literis epistolae Rogosei Bagarrii, sive potius de Rascas Bagarris nominandi, quae legitur in libro, cui est titulus: Epistres françoises des personnages illustres et doctes à J. J. della Scala. Harderwyck, 1624. 8. p. 11 — 13. Est epistola nona; dies non est adscripta. Missa esse videtur exeunte anno 1602, fere simul cum altera ejusdem Bagarrii epistola ad Scaligerum data die 29. Nov. 1602, octava libri secundi ejusdem collectionis. Utriusque notitiam debemus humanitati Viri Clarissimi atque Doctissimi, Fr. Aug. Ebert, Regi Saxoniae Augustissimo a consiliis, Bibliothecae Regiae Dresdensis praefecto; epistolas ipsas

nobiscum communicavit liberalitas Gersdorfii, ejusdem Bibliothecae Secretarii humanissimi, nobis amicissimi. Iterata per typos descriptione harum epistolarum, quibus idem fere continetur, supersedere posse videmur, praesertim cum Casaubonus in epistola, pridie Nonas Decemb. hujus anni ad Scaligerum data, ed. Almeloveen CCCXIX., et nomen, et reliqua, quae ad virum cognoscendum valent, paucis significaverit. En ipsius verba: Annus fere est, cum misi ad te expressas imagines aliquot gemmarum, tuam super illis sententiam exquirens. Eas literas, ut et aliquot alias mearum, periisse, eo suspicor, quia ad dubitationes meas nihil a te responsum tuli. Nunc vero mittit ad te vir nobilis Racassius de Bagarris *) plura id genus ἐκμάγματα, cum suis super illarum interpretatione conjecturis. Feceris vero et illi, et mihi rem gratissimam, si judicium tuum de illius suspicionibus nobis, cum vacabis a gravioribus curis, aperueris. Vir ille et merito suo (ἔστι γὰρ τῶν καλῶν κἀγαθῶν, ἀρχαιολογίας τε σφοδρὸς ἐραστής), et quia magnus Thuanus vehementer illum amat, tua quoque amicitia dignissimus est. Rex illum elegit, quem praeficeret suis antiquarum rerum κειμηλίοις. — In variis opusculis J. J. Scaligeri, quae Is. Casaubonus anno 1610 Parisiis edidit, in fine leguntur: Lettres touchant l'explication de quelques médailles; quae epistolae utrum similis, an ejusdem argumenti sint, ac nostra, quam auctoritati virorum doctissimorum confidentes ineditam habemus, investigare nunc non licuit. Ideo ad singula explicanda transeamus. Inventarium, sive index imaginum lin. 9. p. 1. laudatus, neque nostro in codice, neque in sylloge epistolarum, de qua locuti sumus, reperitur. — Loci patrum ecclesiae, pagina exeunte laudati, sunt: Irenaei adv. Haer. L. I. c. 34. p. 139. ed. Col — Epiphanii contra Haer. L. I. T. 3. haer. 37. p. 227. ed. Lut. — Tertulliani locum invenire non potui. — Ad synonyma, quae l. 8. p. 2. occurrunt, distinguenda faciet locus Diction. Ac. Franc. s. v. devise: Une des différences de la devise (στοιχεῖον) et de l'emblème, c'est que dans la devise on n'admet guère les corps humains. — L. 15. et 18. vox gallica: greue legenda est: grève, i. q. tibia, idque in notis 11. et 13. corrigendum videtur. — L. 22. Euripides in Cyclope Silenum choro Satyrum stipatum exhibet. — L. 24. Anthologia graeca semel tantum nomen Silenorum habet, in epigrammate Aemiliani Nic. II. (Tom. II. p. 275. Anal. Brunckii), ubi lagenae nulla mentio. — Locus Terentii in pagina extrema laudatus legitur Andr. IV. 3, 11. ed. Bentl. Ex ara hinc sume verbenas tibi. — Pag. 4. l. 1. legendum est: Ithyphallus; l. 2. corrigendum esse suspicor Hermidia, cum vox Hermidas alias non occurrat. — Locus Horatii l. 21. laudatus reperitur Epist. II. 2, 188; Evangelii locus l. 31. Luc. 15, 4 seq. — Pag. 5. l. 1. legendum est: σάγμα; quae omnia Bibrani, minime operarum vitia sunt. — L. 5. Augustinus citatur de Civ. Dei IV. 11. VI. 9. Mutunus s. Mutinus i. q. Priapus; pro Tinus legendum censeo Mutinus. — L. 10. laudatur Apoc. 1,16. 20. 2,1. 3,1. — Liber Fre-

*) Triplicem hanc in nomine scribendo discrepantiam explicare non possumus.

heri, l. 15. commemoratus, est: Expositio Numismatis Argentei Constantini Imperatoris. 1604. 4. — L. 21. ss. In nummo Chii insulae, qui in mappa geographica Graeciae, a Riga Graeco delineata, repesitur, pyxidi Sphingis adscripta sunt verba graeca: Κρατὴρ διὰ τὸν οἶνον τῆς Χίου. — L. 26. citatur Theocr. Id. 4,10. Κὠχετ' ἔχων σκαπάναν τε καὶ εἴκατι τουτόθε μᾶλα. — P. 6. l. 8. cfr. Sil. It. 10,34. et Drakenborch. a. h. l. — Abr. Gorlaeus l. 16. laudatus, qui edidit Dactyliothecam et Thesaurum Numismatum, natus est Antverpiae 1544, vixit Delphis, et mortuus est anno 1609. — l. 23. Buzenvallius s. Busenvallius Legatus est Regis Henrici IV., cujus crebra mentio in Casauboni Epistolis. — Quae huic epistolae passim subjeci ad orationem obsoletiorem explicanda, ante omnia indulgentiae Tuae commendo. —

Quae sequuntur sedecim Is. Casauboni epistolae codicis ipsius sunt: 82. 84. 105. 106. 109. 111. 104. 83. 85. 184. 89. 107. 121. 110. 90. 91; ordinis chronologici: 65. 66. 70. 71. 72. 73. 75. 76. 77. 78. 79. 84. 85. 91. 112. 168. Undecim priores scriptae sunt, cum Bibran Lutetiae versaretur, inde ab ineunte anno 1604.

Epist. 2. l. 8. Ichnographia laudatur, in epist. 11. l. 8. disertis verbis: Sylvae ducis (Herzogenbusch) ichnographia vocata. — l. 10. Hablo s. Ablon est suburbanum mancipium agri Lutetiani, ad Sequanam situm, ubi Novatores, i. e. Protestantes s. Calviniani, sacra sua peragebant, antequam templum Charentonii iis concessum erat; hodie vocatur Hablonville. — Inscriptio Epislolae domum suam, de domicilio intelligenda est, quod tunc temporis, primis nempe diebus anni 1604, Bibran Lutetiae collocaverat. —

Epistola 4, sicuti plures sequentium, scripta est Madriti, in qua regia arce, s. suburbano praetorio, a Francisco I. aedificato, haud procul a Lutetia sito, Casaubonus aestatem degere solebat. —

Uxor Casauboni, in epist. 6. p. 9. l. 10. primum laudata, erat Florentia Stephana, Henrici filia, cum qua anno 1586 Aprilis 28. die, annos natus 27, matrimonio junctus est Genevae in templo D. Petri, ut ipse in Diario narrat; peperit ei viginti liberos, sed admodum tenui erat valitudine, quam queritur maritus in ep. 12. —

Qui in ep. 8. du Thou vocatur, inclytus est de Thou, Jac. Aug. Thuanus. — Data est epistola ad Jac. Goselinum s. Gosselinum, quem l. 22. ep. 9. Gonselinum vocat, Bibliothecae Regiae custodem, Mathematicum, qui aliis auctoribus exeunte anno 1603 mortuus esse falso dicitur. Queritur saepius de morositate βιβλιοτάφου senis in epistolis ad Thuanum et Scaligerum datis, ubi narrat, sibi eo superstite curam Bibliothecae codicillis Regis demandatam esse, cum hoc tamen, ut morosus ille τυμβογέρων, qui thesaurum illum obsidet, loco ne moveatur cfr. Ep. 252. 256. 352. ed. Almel. —

In Epist. 9. l. 8. citatur Virg. Ecl. IV. 2. — L. 23. laudatur Dion. Gothofredus, ICtus Heidelbergensis, denatus 1622. —

Jac. Bongarsius, ep. 10. l. 6. et extrema ep. 16. laudatus, ICtus et Criticus Parisiensis, nat. 1554, den. 1612. —

In ep. 11. Aries Saguntinus memoratur, cujus imaginem pictam, ep. 15. l. 30. laudatam, Bibranus inseruit codici epistolarum, et succinctam descriptionem adjecit, quam hic Tecum communicare liceat, ut sit specimen scientiae Bibrani archaeologicae:

Aries hic Sagunti est, ubi in veteri sacello arcis Celogurae humi jacet: paullo rudior est, quam pro veterum more, qui rostrum ejus modo trifidum, modo quadrifidum, nonnunquam arietis in formam, unde et nomen accepit, efformabant. In hoc nihil ejusmodi; caput ipsa arbore latius est: et obductis laminis ferreis, quae ipsum totum ambiunt, continetur. Longum pedes III et digitos VI $^{2}/_{3}$; latum pedem 1, fronte tamen paullo exporrectiore. Arbor crebris funibus cannabinis succingitur, ne forsitan ad impulsus facile fatisceret. Longa est dempto capite pedes XVIII, qui pedi Romano antiquo collati efficiunt pedes XXV, palmas II, dig. 1 et $^{4}/_{6}$ part. — Per duo illa foramina puto eum ex testudine veluti trutinam dependisse, ut ita pendulus vi majore et leviore conatu libraretur: et retrogradiens quasi vires sumeret ad feriendum. Cur vero alterum rotundum, alterum quadratum, nulla conjectura assequor: nisi dixerim, per quadrum eos trajecisse lignum in formam crucis, ad cujus extrema deligarint funes, quibus milites procul et tuto eum impulerint. Aut, quod non plane praeter rem, eum in triangulum suspendisse, ut magis constanti motu ferretur.

L. 5. Polybius laudatur, quem Casaubonus anno 1609 absolvit.

Ep. 12. l. 6. Rex Henricus IV. est intelligendus, qui Casaubonum anno 1599 Lutetiam vocaverat. — Viri, extrema epistola 12. l. 14 et 15. laudati, notissimi sunt praeter Jan. Lernutium, Brugis natum 1545, den. 1619, ICtum et Historicum clarum. — L. 17. Quis fuerit Bibrano itineris socius, ignoramus. —

Ep. 13 p. 13. l. 5. M. Ant. Delrio, Jesuita, Antverpiae natus 1551, den. 1608. — In eadem linea lege οἶσθα. — Liber, Lipsii l. 9. laudatus, est Diva, infra ep. 15. l. 12. memorata: Lipsii Diva virgo Halensis; Beneficia et Miracula ejus, fide atque ordine descripta. Antverpiae. 1604. 8. —

Ep. 15. l. 31. Persius Casauboni prodiit Parisiis hoc ipso anno 1605. — l. 33. Genevae docuit ingenuas artes ab anno 1582 usque ad annum 1596, quo Montispessulum ivit. — p. 15. l. 3. Philippa, filia natu maxima Casauboni, intelligitur. —

Ep. 16. l. 1. Georg Michael Lingelshemius erat Consiliarius Principis Electoris Palatini, Argentoratensis. — l. 23. Wackerus s. Wacherus erat Consiliarius Sacr. Caes. Maj., Pragensis, Grutero amicissimus. — l. 26. Marc. Velserus nat. Aug. Vindel. 1558, den. 1614. — Epistola Casauboni, ad Wackerum data, exstat in ed. Alm. CCCLV.

Ep. 17. l. 3. citatur Hom. Il. 4, 182. — l. 9. Henricus IV. jugulatus est mense Majo anni 1610; Casaub. Londinum venit mense Octobri ejusdem anni, ibique lares fixit usque ad mortem, Cal. Jul. 1614. Augustissima regina est Maria Medicea. — Opus l. 16. laudatum est: De rebus sacris et ecclesiasticis exercitationes XVI. ad Baronii Prolegomena in Annales. Primum prodiit Londini. 1614. Fol. Adversarii liber in-

scribitur: Caes. Baronii Annales ecclesiastici a Christo nato ad annum 1198. Romae 1588 — 1607. 12 Voll. Fol. —

Epistolis ipsis, quantum in nobis situm est, tentatis, de viri, qui eas scripsit, nomine pronunciando unum adjicere liceat. Philologorum heros Divus F. A. Wolf in Analectis litterariis Fasc. 3. p. 291 — 293. de syllaba hujus nominis paenultima aut producenda aut corripienda disseruit ita, ut omni laude major sit commentationis et subtilitas et veritas. Timide igitur proferimus conjecturam, quae Tuo stet aut cadat judicio, ad ea, quae Vir Summus animadvertit, supplenda. In nomine enim Casauboni graece scribendo, quod duplex occurrit apud Wolfium p. 293. Κασαύβων et Κασαυβόνιος, (fortasse ex Wolfii mente Κασαυβώνιος legendum, quod vero nusquam reperimus), quinque observavimus dissensiones: 1. Κασαύβων, quod anno 1580 Franc. Portus ad Casaub. scripsit (Ep. ed. Alm. Vita p. 5. non p. 4., ut Wolf habet); idem legitur in inscriptione graeci poematis Casauboni ipsius ad Fr. Portum (Alm. p. 4.) ex eodem anno. — 2. Κασάβων in epist. ad Petr. Nebeletum, anni 1591 (Alm. p. 568). — 3. Κασαύβονος bis, in epist. ad Andr. Dunaeum, anni 1595 (Alm. p. 581.), et in epist. ad Dionys. Petavium, anni 1610 (Alm. p. 608). — 4. Κασαυβόνος in epist. ad Dionys. Paetum sine anni significatione (Alm. p. 637). — 5. Κασαυβόνιος saepissime in dedicationibus et epistolis annorum 1600, 1602, 1605, 1612, 1614 (Alm. Dedic. p. 234. Ep. p. 557. 597. 598. 600. 602. 614. 638.) ad Gruterum, Dunaeum, Paetum, Hug. Brochthonem. — Inde colligere ausi sumus, Casaubonum ipsum paenultimam nominis sui syllabam usque ad annum 1591 produxisse, postea corripuisse. Causa non liquet; neque vero talis inconstantia foret omni similitudine destituta, cum et Philippum Melanchthonem usque ad annum 1540 nomen suum ad etymon accommodate subscripsisse Melanchthonem, inde ab hoc anno illud mutasse in Melanthon, docemur, et Byronem, poetam Anglum, cujus nomen populares ipsius Beyron efferunt, voluntarium eligentem exilium, patriae odio commotum, Byron id pronuntiasse accepimus. —

Haec fere habuimus, quae epistolarum fasciculo adderemus, iterum Tua nominanda, cum maximam partem Tuis ex scriptis hauserimus. Sinas, Fautor optime, has tenues studii literarii nostri primitias publicum esse pii gratique animi documentum, quo Te Tuosque semper prosequemur. Vive, vale, nostrisque rebus fave.

Scripsi Lignitii, die IX. Octobris MDCCCXXVII.

Epistolae virorum doctorum ineditae.

1. Hoc est exemplar Epistolae a Josepho Scaligero scriptae ad Petrum Rogoseum Bagarrium Aquaesextiensem.

Monsieur.

Vous m'aues[1]) tant chargé d'obligation pour une fois, que ie[2]) n'ay[3]) moyen de vous remercier ni comme ie le désire, ni comme vous le merites[4]). Premiérement pour m'avoir estimé digne de vostre[5]) amitié, en aprés pour le beau présent qu' il vous a pleu[6]) me faire des empreintes des exquises médailles, qu'il vous a pleu me départir: lequelles[7]) ie tiens trés chéres pour leur beauté, rarité et bonté, mais plus pour le lieu d'ont[8]) elles viennent. Si ie me trouue[9]) donques[10]) empesché[11]) à vous remercier, ie ne le suis pas moins à vous réciter le contentement que i' ay[12]) receu[13]) à les visiter et principalement à vous respondre[14]) sur tous les poincts[15]) et propositions desduites[16]) en vostre inventaire.

Il est impossible non pas à moi seulement, mais à un plus exercé en ces recherches de rendre raison de tout, d'autant que les dessains[17]) de telles deuises[18]) tendent à divers buts. Les unes sont emblématiques, comme l'ancre avec le daufin[19]) d' Auguste, les autres historiques, comme le Capricorne du même Prince, les autres magiques, comme nous en voyons plusieurs es[20]) pierres, comme sont la pluspart[21]) des Chiméres, et entre autres celle qui a la teste[22]) d' un Coq, le Corsalet[23]) d' un Soldat Romain, au lieu des Jambes deux serpens: un fouet à la main avec lettres Grecques. Telles ont esté faictes[24]) par les Diaboliques Hérétiques Valentiniens, et la Chimère et bisarrerie de leur deuise dépend de leurs ridicules positions, dequelles[25]) S. Irenée faict mention, et aprés luy Tertullian et Epiphanius. A celle-là sont semblables les aultres[26]) que nous auons veu[27]) en taillées en es[28]) esmarauldes[29]) asses[30]) gran-

[1]) avez — [2]) je — [3]) aye — [4]) merites — [5]) vôtre — [6]) plu — [7]) lesquelles — [8]) dont — [9]) trouve — [10]) donc — [11]) empêché — [12]) ai — [13]) reçu — [14]) répondre — [15]) points — [16]) déduites — [17]) dessains — [18]) devises — [19]) dauphin — [20]) es=en des — [21]) plûpart — [22]) tête — [23]) corselet — [24]) été faites — [25]) desquelles — [26]) autres — [27]) avons vues — [28]) es=des (?) — [29]) émeraudes — [30]) assez —

des à tous les XII signes du zodiaque avec quelque petit serpent ou aultres animaux. Telles deuises sont vrayement magiques, tailles [1]) auec obseruation de l'ascendant signe, planète, heure et aultres telles fantastiqueries requises en telle curiosité, à quoi non seulement les Anciens païens ont esté donnés, qui appelloient ces deuises στοιχεῖα mais aussi auiourd'hui les Arabes, héritiers de la folle Astronomie de [2]) Grecs, s' en meslent [3]), iusques à ne faire tailler un anneau sans obseruation de ces follies, et appellent cela TALISMAN. Or il en y a, ou pour le moins, en peut avoir parmi celles, que i' ay receu de uous [4]) que peuuent estre plus tost [5]) στοιχεῖα, que **Emblemata**, et icelles sont malaisées à interpréter: l'interprétation d'icelles estant demeurée enseuelie dedans la conception et entendement de ceux qui les ont faictes tailler. Quant aux historiques elles sont aisées à deuiner par quelque marque qu' on y voit et recognoit [6]) par la lecture de bons autheurs: comme est la tant belle, tant naiuement [7]) représentée, et cotée la première au nombre de vostres [8]) où Silenus soustient son nourrisson Bacchus encores [9]) petit enfant, l'empoignant de la main dextre en la haiuche droicte [10]) et de l'autre main il le tient par la greue [11]) de la iambe gauche, et l'enfant s'appuye sur un Satyre, posant son bras droict sur l'espaule d'iceluy [12]) et le Satyre luy pose sa main droicte sur la mamelle.

Plus bas un petit Satyrisque, porte sur son épaule la greue [13]) de l'enfant, lequel est grasselet [14]), potelu [15]), tel comme toutes les anciennes médailles, marbres et statues représentent Bacchus, coronné [16]) d'un Chapeau de Pampre, le visage plain, ne manquant en rien à ce que [17]) touche les marques de Bacchus. Que Silenus soit accompagné de Satyres grands et petits, il appert par Euripide en sa Tragédie Satyrique intitulée Cyclops; que là où Silenus est, il y est une bouteille, il appert par les anciens poëtes et mesmement par un Epigramme Grec. Et puis c'est un des arnois [18]) de Bacchus: derrière de deuers le grand Satyre il y a une des nourrices de Bacchus, cueillant un fruict gros, comme une pomme d'un arbre qui m'est incognu. Car il n'est pommier, la feuille y repugnant. Il n'est figuier, la grosseur du fruict monstrant le contraire. Or toute ceste [19]) représentation n' est autre chose que les tableaux que les **Thymelici Histriones, Comoedi, Tragoedi** posoyent sur le Théatre, d' autant que toute telle manière de gens se nommoient τεχνῖται Διονύσου, **Artifices Liberi Patris**. De parte [20]) leur **Thymele** et **Scena** estoit ornée de telles histoires concernans [21]) Bacchus et ses dépendances: et tousiours [22]) à chaque ieu ou action Scénique il y avoit ARA LIBERI PATRIS, de laquelle faut entendre le lieu de l' Andrie de Té-

---

[1]) taillées (?) — [2]) des — [3]) mêlent — [4]) j'ai reçues de vous — [5]) qui (?) peuvent être plutôt — [6]) reconnoit — [7]) naïvement — [8]) des vôtres — [9]) encore — [10]) hanche droite — [11]) le creux (?) — [12]) l' épaule de celui — [13]) le creux-jarret (?) — [14]) grasset — [15]) potelé — [16]) couronné — [17]) qui — [18]) harnois — [19]) cette — [20]) De part — [21]) concernantes — [22]) toujours —

rence: Sume verbenas ex hac ara. A ceste intention vous voyes en ceste belle grauure une ὀρχηστρίς vel Saltaticula Thymelice auec son Cymbalum en forme de plat crueus [1]) qu' elle touche avec les doicts qu' on appelloit τερετίζειν. Telles femmes sont appellées Thymelicae: et la pluspart sautoient toutes nues deuant le monde. Un [2]) autre sorte Thymelicarum mulierum est la Tibicina qui monstre sa teste comme naissant du derrière de la teste de Silenus: tenant deux fleuttes [3]) en ses deux mains. Bas le masque aux [4]) faux visage deux fleuttes des Comoedi ou Tragoedi: et le bouc qu' on donnoit aux Tragoedis qui auoient gagné le prix. Tout cela est du gibre [5]) du Théatre et de messieurs les Artifices Liberi patris et eorum, qui ad Thymelem aut Scenam spectant. Tellement qu' il ne faut nullement doubter [6]) que ce ne soit la représentation des Tableaux de Bacchus qu' on posoit sur le Théatre, les compagnons duquel et officiers, ménestriers [7]) saulteurs et bateleurs luy estoient dédiés. C' est une vraie et parfaicte graueure, en laquelle ie remarquas [8]) un défaut duquel ie m' estonnois [9]) fort. C' est que de tout le Silenus il ne paroissoit que la teste, et ni voiois aucune représentation de tout le reste sauf sa iambe dextre cum pede humano, inter duos pedes caprinos du grand Satyre sens [10]) aucune apparence d' où elle mouue [11]). Et si [12]) ne vois nulle trace de l' autre iambe ni de tout le reste du corps qui estoit un gran [13]) défaut en un tel chef d' oeuure [14]). Mais prenant garde plus près i' ay apperceu la cuisse éuidemment apparente, qui conioinct le pied du Silenus auec son corps qui est caché, et sa teste qui paroist. Mais la teste du petit Satyre ne paroit nullement qui debuoit [15]) naistre de l' autre costé de la iambe de l' enfant monstrant pour le moins ses deux cornichons. Je ne puis aussi deuiner qu' est ce qui est en [16]) l' aisselle de la fleuteresse et l' espaule de Silenus comme une ghirlande ou à tour [17]) de quelques choses rondes. Voilà ce qu' il me semble touchant cette excellente pierre.

Quant à la 4. de deux choses l' une, ou l' empereur assis est Théodose le grand, et la teste de Flauius Maximus, ou (i' accorderoie l' aultre plus volontier) Constantius, fils de Constantin le grand, et la teste de Gallus. Car la grauueure [18]) est moderne, et sentant son temps au dessoubs [19]) de Dioclétiain.

La cinquième à l' aube de lin plissée sans doubte est une femme Egyptienne, c'est Isis ou une aultre, il y faut penser.

La 2. est merueilleuse et fournissant de quoy se reiouer [20]) autant que l' aultre. Je ne fay [21]) nulle doubte que la femme ne soit une Saltatrix, posant le genoul [22]) sur l' ara de Bacchus de laquelle nous auons parlé ci-dessus.

---

[1]) creux — [2]) Une — [3]) flûtes — [4]) ou (?) — [5]) (?) — [6]) douter — [7]) ménétriers — [8]) remarquai — [9]) étonnois — [10]) sans — [11]) meuve — [12]) pourtant — [13]) grand — [14]) oeuvre — [15]) devoit — [16]) en-entre (?) — [17]) atour (?) — [18]) gravure — [19]) dessous — [20]) réjouir — [21]) fais — [22]) genou —

Et le Herma Ityphallus est un de ceux qui estoyent posés aux Théatres qu' on appelloit Hermidas. L' homme que [1]) boit à la boteille [2]) est barbu et n' ayant rien de Bacchus. Le vaisseau sur lequel il est assis, est un Char ou Currus Circensis, ne manquent que les deux roues. Ainsi vous aues en ceste grauueure le Char Circense, qui appartient aux ieux des courses des Cheuaux, et le reste pertinent ad Thymelea. On ne s' esbahira [3]) de la posture de ceste femme, quiconque lira les Epigrammes grecs περὶ βακχευομένων au sixième livre et περὶ ὀρχηστρίδων au quatriéme. Car ces Saltatrices estoyent folles ni plus ne moings [4]) que les Bacchantes. Vous aues aussi la Fleuteresse, qui est un de [5]) mestiers [6]) Thymeliques; ie di [7]) la petite image de la Fleuteresse que la femme tient en ses mains semblable à celle du derriére de la teste de Silenus.

La Troisième est une Fama sans doubte.

La 18. est bien plus exquise que la 4., d' autant que ie la iuge plus ancienne de ceux cens ans. Et ne [8]) puis aduiser [9]) ce qu' on présente dedans le plat. J'estimerois estre quelque présent en signe de Tribut ou submission [10]).

La 7. Du prémier abord nous l'auons iugée comme elle l'est, la teste de Marcellus, fils de Octavia.

Cernant [11]) la 10. on ne peut faillir à iuger que c'est Socrates.

En la 12. le grauueur debuoit [12]) faire la harpe plus courbe, presque comme une faux: falcatum sustulit ensem. Ovid.

La 17. Natura. Genius. Penates. Horatius de Genio. Naturae DEVS humanae.

La 19. Si la statue qui est à Rome, est palliata, elle pourroit estre d'un Chrestien [13]). Mais c'est à asauouer [14]). Ce oultrére [15]) qu'elle soit d'un Chrestien, s'en suit-il qu'elle soit de Tertullien? Ce sont de [16]) coniectures fort friuoles. Tertullian estoit du temps de Clemens Alexandrinus. Le dit Clemens dict [17]) qu'il n'estoit permis aux Chrestiens de faire aucune semblence [18]) humaine, dont le [19]) Chrestiens ne portoient en la pierre de l'anneau iamais aulcune [20]) effigie humaine, comme il dit: bien une Colombe. Combien que nous sçauons [21]) que Tertullian faict mention des goubelets [22]) dans lesquels [23]) estoient graués le pasteur qui auoit perdu la brebis, et la brebis dont il est faict mention en l'éuangile. Certes du temps de Tertullien les Chrestiens ne se faisoient ny graues, [24]) ni tailles en bosse. Le temoignage en est formel dedans Clemens.

La XXI. est un Arabe voicturier assis sur la halme ou somme de son Chameau

---

[1]) qui — [2]) bouteille — [3]) s'ébahira — [4]) moins — [5]) des — [6]) mètiers — [7]) je dis — [8]) Et je ne — [9]) aviser — [10]) soumissiou — [11]) Concernant — [12]) graveur devoit — [13]) Chrétien — [14]) désavouer (?) — [15]) outrement (?) — [16]) des — [17]) dit — [18]) image [19]) les — [20]) aucune — [21]) savons — [22]) gobelets — [23]) lesquels — [24]) gravures —

que les Grecs appellent *σάλμα*. Cela pourroit bien estre rapporté à la conqueste de l'Arabe par Sévérus dont il auroit esté appellé Arabicus.

La XXIV. ie l'estime de plus bas siècle et plus moderne que Eudoxia.

La XXV. touchant le sacrifice que les filles et femmes faisoient au membre viril, il faut voir S. Augustin en la cité de Dieu, Festus Pompeius en la diction Mutunus Tinus et aultres.

La 27. est autre, que celle qui est dans l'onice [1]). Car celle de l'onice, selon le discours que vous an [2]) faites, est païenne. Mais ceste-ci est Chrestienne: et la femme c'est l'Eglise, monstrant [3]) par le petit enfant et la Colombe la régénération au baptesme. Les Estoiles sur son chef sont prises de l'Apocalypse. Je la iuge du temps de Théodose au plus bas, que les Chrestiens commençoient à paindre [4]) des images es [5]) parois des Eglises, grauuer des effigies humaines aux anneaux. Les traicts de la taille monstrent, qu' elle est du declinant empire que ie prend après Constantin. Nous auons faict un fort long discours de cecy et aultres dépendences [6]) au Signeur Marquardus Freher, conseiller de Monsieur l'Electeur Palatin, touchant son grand Numisma qu' il avoit interprété aultrement que nous, après avoir veu [7]) son exposition. Pour vostre contentement et esclaircissement de ceste XXVII. médaille ie vouldrois de buon ceur [8]) que vous eussies mon discours. Mais ie ne l'ay point gardé, non plus que toute aultre chose venant [9]) de moi. Si [10]) merite-il d'estre veu des amateurs de l'antiquité non seulement païenne, mais Ecclésiastique.

La trentequatrième sans doubte est de la ville ancienne de Chios. En la médaille d'Homère la Sphynx [11]) tient un aultre vase ou plustost une Pixis [12]) d'une aultre façon avec les lettres ΧΙΩΝ. En une aultre costé de la médaille est ΛΑΜΠΡΟC ΧΙΟC. Et au milieu de ceus [13]) mots un ligo ou houe à bécher la terre que les Grecs appellent *ἄμη*, *σκαπάνη*, par la quelle il est signifié, que cestus [14]) Lampros estoit athléte, car chaque Athléte portoit sa *σκαπάνη*, comme il appert par une eclogue de Théocrite, et d'où les *σκάμματα* des athlétes estoient appellés. Mais nul ne s'est aduisé [15]) de ceste *σκαπάνη*. Tant y a [16]) que vous voyes par ces deux médailles que la Sphynx estoit la deuise de la ville de Chios. Il faut noter que la Sphynx de Thèbes et de tous les Grecs généralement auoit des ailes: la ou celle des Egyptiens n'en a point.

XXXVI. Nous auons parlé de ces Chiméres ci-dessus, et auons dit, que la pluspart d'icelles sont TALISMAN, c'est à dire faicts [17]) pour obseruation de Magie ou de l'horoscope ascendant. Nous en auons une de fols [18]) Valentiniens avec les lettres Grecques comprenans certains mots par eux inventés, ou tirés violentement [19]) de l'Hébraïsme;

---

[1]) onyx — [2]) en — [3]) montrant — [4]) peindre — [5]) en des — [6]) dépendances — [7]) vu — [8]) voudrois de bon coeur — [9]) venante — [10]) Pourtant (?) — [11]) Sphinx — [12]) Pyxis — [13]) ces (?) — [14]) certes (?) ce dit (?) — [15]) avisé — [16]) il y a (?) — [17]) faites — [18]) des fous — [19]) violemment —

quant à la petite médaille d'argent de Saturne, si iamais il y eust Talisman, celuy-là en est une, voire de [1]) plus remarquables. La deuise a esté cognée en iour de Saturne en conionction de la Lune et du Soleil, horoscopante Hydra .

Vous aures plus grand contentement, si vous lisez ce que i'en ay leu es [2]) libres des Arabes, qui ont pris ces Fantastiqueries des anciens genethliaques Grecs.

Touchant l'autre: VI. consulatu suo Augustus Aegypto potitus est Antonio et Cleopatra interfectis. Le dict Augustus se nomme Julius Caesar par Adoption. De Cingulo et Labieno Silius Lib. X. Celsis Labienum Cingula saxa miserunt muris. Mais que faire, Monsieur, qui sur le champ sans auoir aultrement regardé aux libres [3]), pense expliquer tout ce que vous aues proposé? Cela merite bien plus curieuse recherche: ce que i'en ay faict. Cela a esté que trouuant la commodité de vous escrire, i'ay mieux aimé dire quelque chose à la volée, qu'en différant vous mettre en peine de ma response. Excuses-moy, s'il vous plaict, ire [4]) vous escris d'une si mauuaise lettre. Car la commodité de la dépêche me tallonoit [5]) de prés, tellement que i'ay esté contrainct d'escrire ceci à la haste [6]). Au reste il y a en ces pays le Sieur Abraham Gorlai qui a un grand thrésor de telles pièces. Il a bien plus 40000 médailles d'or exquises, plus de 10000 d'argent, plus de 15000 de cuiure; le tout d'élite. Il a faict imprimer chez luy et à ses despens [7]) un gentil liuret des anneaux des anciens en nombre de 260 enuiron, lequels [8]) i'ay mannié [9]) moi-mesmes. Mais d'autant que le liure ne sera exposé en vente anis a [10]) esté imprimé tout seulement pour en distribuer aux amis, et il ne l'a encores faict, c'est pourquoi ie n'en ay ancores [11]).

Lors que ie receus vostre paquet et boite qui fust à la Haye chez Monsieur de Buzenual, il se trouva alors: et falust [12]) qu'incontinent il en eust la veue: et a tenu la boiste et vostre mémoire quelques iours. Je croys qu'il vous envoyera quelques empreincts [13]). Je l'en soliceteray [14]). Mais c'est un homme de tardiue résolution: bien que fort honneste homme. J'ay enclos en ce paquet une lettre de Monsieur de Callos. Je vous supplie très humblement, Monsieur, de luy [15]) faire tenir seurement [16]). Je luy ay escrit naguesres [17]) par la voye de Lion et ay addressé ma lettre à Messieurs les Bonnets selon l'aduertissement qu'il m'auoit donné. Je luy suis beaucoup obligé. Tellement que ie suis redeuable en deux parts de prouence [18]) à luy et à vous. Il en sera iamais que ie ne le confesse. Et prieray DIEU, Monsieur, vous maintenir en sa garde.

De Leyden en Holland ce 12. Januier 1603.

Vostre trés humble à vous servir
Joseph della Scala.

---

[1]) des — [2]) en des — [3]) livres — [4]) si ie (?) — [5]) talonnoit — [6]) hâte — [7]) dépens — [8]) lesquels — [9]) maniés — [10]) ayant (?) — [11]) encore — [12]) fallut — [13]) empreintes — [14]) solliciterai — [15]) de la lui — [16]) sûrement — [17]) naguères — [18]) Provence —

2. Is. Causabonus Ab. de Bibran S. D.

Beasti me tam lucolento munere, nobilissime Bibran. Scis enim, qua cum voluptate animi in antiquarum rerum contemplatione verser. Eo quidem impensius, quo minus placent nova, atque adeo quae nunc cum maxime geruntur, a quibus ut animum et cogitationem abducam, non aliud νηπενθὲς φάρμακον invenio melius, quam ut in penitissimam vetustatem me abdam, et si quid possum, inde eruam, quod ignorari deterius sit quam scire. Gaudeo, et tibi ex animo gratulor, quod tuum hoc excellens ingenium ad eandem curam ames transferre. Nam inde est, quod tam multa situ obducta eruisti: quorum producendi in publicum, si quid nos audis, consilium mature capies. Ichnographiam tuam raptim inspexi: lecturus cum cura omnia, ac de singulis tecum postea candide, pro more meo, acturus. Hodie domo sum afuturus. Cras Hablonem, si Deus volet, iturus. Die Lunae Bibliothecam fortasse adibimus, teque, si videre aves, lubenter deducemus. Sed monebo te prius. Vale, vir nobilissime, et me ama: atque hunc annum cum aliis plurimis decurre quam felicissime.

Nobilissimo Viro, D. de Bibran, Equiti Libero, amico observando, domum suam.

3. Vir nobilissime,

cum optarem tua munera sancte servare, et propter ipsa quidem, sed multo magis propter recordationem tui, a quo sunt profecta: tuli heri gravissime, quod periisset mihi alter nummorum, quos dono a te acceperam. Nam equidem persuadebam mihi, inter chartas meas latere illum absconditum, praedae expositum alicujus domesticorum, qui forte esset inventurus. Non mediocri igitur laetitia sum affectus, cum tuo missu recepi, quod dolebam mihi periisse. Iterum tibi atque iterum magnas, maximas ago gratias. Utinam olim detur occasio testandi palam amoris, quo te prosequor, et honoris, quem tuis illustribus virtutibus lubens merito defero. Si quis enim est mortalium, quem admiratione quadam percellat nobilitas erudita, is ego sum profecto. Quod equidem ut tibi persuadeas, meque ut vicissim ames, te quaeso. Vale et felix i ac redi.

Tui observantissimus
Is. Casaubonus.

Literas meas cupio tibi esse curae.
Nobilissimo viro, D. Bibran, Equiti Silesio etc.

4. Nobilissime vir,

peto a te, ignoscas mihi, et quod te non inviserim, et quod sero librum reddo, quem a te commodato acceperam, et multo magis, quod in tanta librorum meorum confusione Anglicos libellos tuos reperire nondum potuerim. Bona fide promitto tibi, vel ob id solum me brevi ξὺν τῷ θεῷ εἰπεῖν rediturum, et non prius quam illis inventis quieturum. Quod si placet tibi secessus noster, en veni ad nos et crebro nos invise: ea tamen lege, ne lautitias urbicas rus inferas, sed velis rusticis nostris epulis esse contentus. Locus non ita procul abest, ut non possis ad coenam venire et redire commode. Hoc nihil mihi gratius possit accidere. Vale, nobilissime vir, et me ama, qui sum et semper sum futurus

Tui studiosissimus cultor
Js. Casaubonus.

Nobilissimo Viro, D. de Bibran, Libero Baroni Silesio etc., amico plurimum colendo.

---

5. Vir nobilissime,

peto a te, ut de literis, quarum mentionem fecisti, quid sperandum mihi sit, significes. Nam sane haec mihi videtur longa exspectatio. Eruditus ille vir, qui eas attulit, si sciret, quam gratae mihi advenire soleant ab amicis epistolae; fallor, aut tamdiu suspensum me non tenuisset. Sed ἔσται καλῶς, modo ne perierint illae. Quod etsi per mihi esset molestum, feram tamen aequius, quam si ipse tibi fiam molestus. Vale, nobilissime vir, et me, quod facis, ama, ac si per negotia licet, crebro nos vise: quo nihil mihi esse queat jucundius. Iterum vale. Madridi, pridie Eid. Jul. cIↄIↄcIIII.

Tuus ex animo
Js. Casaubonus.

Nobilissimo Viro, D. de Bibran, Libero Baroni Silesio, amico plurimum colendo.

---

6. Vir nobilissime,

et epistolam tuam et quem adjunxisti libellum accepi, legi. Habeo tibi utriusque nomine magnas, maximas gratias. Sed quis finis erit tuae erga nos beneficentiae? Nam equidem jampridem intelligo, plus aeris alieni apud te mihi esse contractum, quam ut a me posset dissolvi. Itaque tua munera eo nomine, quod sint a te profecta, longe

gratissima; quia tamen pudorem nostrum onerant, et ingrati animi crimen impingunt nobis, jam incipiunt minus esse grata. Quid enim unquam de te sumus promeriti? aut quae porro spes superest tantae felicitatis, ut tibi possim ulla in re fidelem operam praestare? Quare aut candore uno nostri animi contentus esto, aut scito paratos esse nos conturbare et φυρᾶν τοὺς λόγους. Jocundissima autem mihi fuit ejus libri lectio. O rarum constantiae exemplum! o praeclara utrinque virtutis testimonia! Itaque aveo exitum videre: et cum utrisque faveam propter summam strenuitatem et fortitudinem, laetiora tamen illis opto, quorum res cum nostris permixtae. Si quid novi fuerit allatum, (et jam videtur in dies atque in horas exitus exspectandus) fac, amabo, ut sciam. Sed te quando videbimus? Hodie uxor, ut spero, est reditura, cujus absentia res domesticae minus bene administrabantur. Nunc igitur, cum voles et quoties voles, optatissimus ac gratissimus semper advenies. Cum hoc tamen, ut contentus copiis nostris rusticis delitias urbanas rura ne invehas; quod ne faxis, censoria auctoritate serio veto. Vale. Scripsi raptim, qui sum et semper ero

Tui observantissimus
Js. Casaubonus.

A Monsieur, Monsieur de Bibran A. Paris.

---

7. Vir nobilissime,

pergis tu quidem de nobis bene mereri. Nam ὁμιλίᾳ Graecorum hominum nihil mihi possit accidere jucundius. Quod si aut valetudo mea non impedisset, aut hospitium tuum scivissem, fueram tibi futurus molestus eo nomine. Memineram enim spem aliquam hujusce rei te aliquando commovisse. Itaque ago tibi grates gratissimas. Illi igitur si venerint, gratissimi utique advenient; sin destituerint te, enitendum nobis erit, ut ipsi ad eos adeamus. In quo tuam operam praevideo fore mihi necessariam. Vale, vir nobilissime. Scripsi qui tuus sum

κτήσει καὶ χρήσει
Js. Casaubonus.

Nobilissimo Viro, D. Abrahamo de Bibran, Equiti Libero.

---

8. Monsieur,

les gentilshommes Alemands qui vous rendront la présente, désirent voir la bibliothèque de Sa Majesté, et Monsieur du Thou le veut aussi. Je les eusse accompagnés, si j' eusse esté à Paris. Ne le pouvant je vous supplie la leur faire voir, et feres plaisir à Monsieur le Président du Thou et à moi. Dieu soit auec vous. Tenes moi

Monsieur

Madrid ce 3. Aoust 1604. Votre humble ami et serviteur

Js. Casaubonus.

A Monsieur, Monsieur Goselin, garde des Bibliothèques de Sa Mté

à Paris.

---

9. Isaacus Casaubonus D. de Bibran S. D.

Hodie accepi, quas heri scripseras: quod serius respondeo, non cessatione mea factum: sed quod diem totum egi cum amicis, qui visendi mei causa huc venerant. At nuperis tuis eo non respondi, quia sperabam in dies me in urbem venturum: recta enim ad te cogito, cum isthuc veniam. Jam enim mihi longum videtur tempus, cum te non vidi, et suavissimo fructu consuetudinis tuae careo. Speraram, te posse allici elegantia praetorii hujus, ut huc aliquando excurreres. Sed ut video, sordent tibi rura, et miselli rustici: in queis nomen jam profitemur nostrum. Macte esto urbanis tuis deliciis: nos arbusta juvant humilesque myricae. Quamquam perincommode usuvenit, ut toto rusticationis meae tempore occupatum me teneret, totumque adeo sibi vindicaret congerro satis, ut nosti, molestus. Sed bene est, quod haec opella nostra ad umbilicum prope jam est perducta. Spero equidem aliquid nos tenebricoso auctori luminis attulisse; ipse an nostro nomini aliquid lucis sit allaturus, viderit ὁ ἐπὶ πᾶσι Θεός. Ego si quid scriptito, non aliud specto, quam ut docendo discam, et me ac mei similes ὀλιγομαθεῖς καὶ ὀψιμαθεῖς adjuvem. Hoc si hac opera sum consecutus, de cetero οὐ φροντὶς Ἱπποκλείδῃ. Atque utinam, nobilissime Bibran, tantum tibi abs re tua esset otii, ut censor mearum lucubratiuncularum esse velles. Tuo unius judicio staret aut caderet, quidquid est, quod muginati sumus. Nos certe anxii sumus, cum λογοδιάῤῥοιαν nostram cogitamus: in immensum enim opus excrevit, etsi non videtur nostri esse moris ἀνεμώλια λέγοντας βαττολογεῖν. Quo enim minus fidimus ingenio, eo diligentius verbis parcimus. Sed haec coram. De bibliotheca, doleo ex animo, quod isthic non sum; fecissem, cognoscerent tui illi amici, quam grave mihi sit rogari a te, qui pro tuo jure imperare potes quicquid libuerit. Scripsi ad Gonselinum, atque eccum literas tibi. De Gothofredo gratissimum fuit, quod narras: haesurum illum in Germania. Mallem, heic

esset, si esset alius rerum status, aut hic etiam satis certus. Nunc optime cum illo agi puto, quod in illo quietis et antiquae fidei domicilio perpetuo Lares figat. O illum ter et amplius beatum, sua si bona norit. Sed moror te. Vale, Vir nobilissime, et me ama. Madridi, propridie Nonas Aug. cIↃIↃcIv.

Epistolam ad Calliam remitto, et plurimam optimo ac doctissimo Viro salutem. Etiam illum legatum Anglum, Virum amplissimae dignitatis et veteri necessitudine mihi junctum, salutes velim meo nomine.

A Monsieur, Monsieur de Bibran, gentilhomme Alemand, A. P. (A Paris.)

---

10. Isaacus Casaubonus nobilissimo Bibrano S. D.

Libros tuos et veteres nummos remitto tibi, Vir nobilissime: et simul magnas, maximas ago gratias, et quod illis uti, et quod hos inspicere tuo beneficio potuerim. Non nescis, quanti nos ista faciamus: qui totius vetustatis cognoscendae desiderio vix cuiquam cesserimus. Historiam Burdegalensem tuam percurram his diebus et statim reddam. Grueri epistolam mitto: fasciculus, quem heri parari a nobis vidisti, hodie credo delatus est. Heri certe sub vesperam clarissimo atque optimo Bongarsio tradidi, qui se curaturum recepit. Vale, nobilissime Vir, et me ama.

---

11. Isaacus Casaubonus Abrahamo de Bibran S. D.

De ariete Saguntino immortales tibi et habeo, vir nobilissime, et ago gratias, acturus etiam publice, si dederit ὁ κρείττων eam telam aliquando detexere, quam pridem sumus adgressi. Sed haec aetas paullatim ingravescens ad amoeniores illas Musas nonnihil fastidiosos nos reddit. Rapimur enim ἑκόντες ἀέκοντι θυμῷ ad illa studia, quorum fructus etiam post fata manet. Veruntamen incepta ad Polybium animus est perpolire et de optimo auctore bene mereri. Erit tum locus opportunus commemorando beneficio tuo, neque enim ii nos sumus, qui eorum nomina, per quos profecimus, per foedum animi ingrati vitium dissimulemus. De Sylvae ducis ichnographia, fecisti rem gratissimam. Eam topographiam reddidi puero tuo. Aelium Verum grammaticum alicubi inter libros meos latitantem reperire studiose quaerens non potui. Retraham fugitivum, et statim mittam ad te. Illud velim persuadeas tibi, ex omni tuorum numero esse neminem, qui tuae virtuti et eruditioni magis ex animo faveat, quam Casaubonum, plane jam, si modo tu non vis, tuum. Vale et me ama. Scripsi raptim lectis tuis. Deus Opt. Max. coepta fortunet tua.

Nobilissimo Viro Abrahamo de Bibran, equiti libero, domum suam.

---

12. Isaacus **Casaubonus** nobilissimo de **Bibran** S. D.

Invitum me, testor numen, et gestientem una tecum peregrinari, non una ratio detinet, nobilissime Bibran. Nam etsi difficile mihi non fuit, uxori persuadere, ut id vellet, quod me adeo praesertim velle intelligeret; quia tamen gravi illius morbo gravia remedia et difficilia adhibere parant medici: non possum in hoc statu eam deserere, quin sollicitudinem mecum auferam longe molestissimam. Adde, quod pro certo comperi, regem non tam facile abeundi potestatem facturum, sed de die in diem responsum dilaturum. Omitto alia commemorare, quae exoptatissimum tuae consuetudinis usum mihi invident. Sed, amabo, nobilissime vir, reapse comprobemus, bonorum amicitias, etiam inter absentes nihilominus vigere. Ego sancte polliceor, nihil me praetermissurum, quo magis ac magis adfectus in te meus tibi innotescat. Itaque neque literarum officium, neque ullum aliud ξύν γε τῷ θεῷ εἰπεῖν a me desiderabis. Tuas vicissim exspectabo, quae non minus semper gratae venient, quam exspectatae. Quod superest, Deum Opt. Max. veneror, te servet euntem et brevi ad tuos salvum atque incolumen sistat. Meos tibi commendo. Velim et illustrem **Scaligerum** et clarissimum **Lipsium** et nobilissimum **Lernutium**, nec non florem illibatum juventutis nostrae **Heinsium** de mea ipsos amplectendi cupiditate facias certiores, narresque illis, quam fuerim ad hoc iter paratus, nisi στεῤῥὰ ἀνάγκη iturientem inhibuisset. Tuum quoque συνοδοιπόρον, Virum nobilissimum, velim a me salutes. Vale, Vale a. d. XII. Kal. Sept. cIↄIↄcIIII.

A Monsieur, Monsieur de **Bibran**

en son logis.

---

13. Isaacus **Casaubonus** A. de **Bibran**, equiti Silesio, S. D.

Hoc primum te oro, nobilissime Bibran, ut brevitati mearum literarum ignoscas, neque mihi succenseas, quod luculentissimam tuam epistolam et munus illi adjectum impari adeo redhostimento rependo. Nam cum forte in Urbem venissem et tuas accepissem, oblatam repente occasionem arripui, ut, si forte posset fieri, tuum adventum Leidam meae anteverterent; ita enim scribebas, optare te, ut meas ibi offenderes, quod eo impensius curandum ducebam, quod, postquam e Batavis pedem extuleris, quae te orae terrarum sint habiturae, nesciebamus; nisi quod suspicamur, recta in patriam te profecturum: unde speramus, brevi nos literas tuas accepturos. Nos quoque si alia non possumus, Francfordiensi certe via semper ad te, quoties facultas fuerit, scribemus; ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἐν τῷ μέλλοντι χρόνῳ. Nunc ago tibi, quantas possum maximas, pro illa tua uberrima et suavissima epistola gratias. Omnino gratius nihil poterat mihi accidere, quam ut de tuo itinere ex tuis cognoscerem. Illa vero de **Justo Lipsio**, et il-

lius in nos amore, in Thuanum reverentia, quam grata, quam laeta! Scis tu, quanti Lipsium faciamus, et quantum laetari soleam, rudes conatus nostros tanto viro non improbari. At Thuanus ὁ μέγας, cum illi tuas ostenderem, prope diffidebat, placere opus suum posse homini inter professos veritatis hostes commoranti, quorum signifer est ὁ κατάρατος ille Delrio, de cujus impudentia non est quod plura commemorem; οἶσθα γὰρ καὶ αὐτός. Exspecto itineris tui reliquias proxima epistola. Quae utinam brevi adveniat quam laetissima, quam longissima. Vale, nobilissime vir, amice magne. Lutetiae, inter varias curas, dum reditum paro Madridum. Nonis Octobr. cIↃIↃcIV.

De libro Lipsii iterum magnas gratias. Multa de eo inaudiveram, et gratum fuit opus videre. Scito vero, tuum exemplar, quod unicum adhuc est in Urbe, rogatu Jesuitarum dominum mutasse. Nam ubi cognoverant de illo, orandi finem non fecerunt, priusquam illum mihi extorserunt. Persium mitto ad te proximis nundinis, si viam indicaveris. Nam tabellarii literarum librorum munera auro contra rependunt, quod mihi accidit in eo Lipsii libro, quem misisti. —

Nobilissimo Viro A. de Bibran, Equiti Silesio, amico plurimum colendo.

Lugdunum Bat.

---

14. Is. Casaubonus A. de Bibran, Equiti Silesio, S.

Unas a te literas accepi, nobilissime vir, post tuum a nobis discessum. Ex quibus cum intellexissem, te Lugdunum Bat. brevi iturum, statim rescripsi tibi, et literas meas ad magnum Scaligerum misi, ut eas ille tibi traderet. Is fasciculus Arsenio, Ordinum legato, traditus est, neque dubito, eum recte ab illo fuisse curatum. Nunc vero quod ad te scribo, eo factum: quia Gruteri literas tibi mittere, ut te non eadem salutarem, religioni mihi fuit. Cum igitur repentina haec occasio esset oblata, raptim ista exaravi, ut vel ex eo cognosceres, nullam fore nobis tui appellandi facultatem, quin lubentissime illam arripiamus. Quod tamen majori cum voluptate facturi sumus, cum, te in patriam reverso, minus periculum futurum est, ne literae nostrae pereant. De nostris rebus multa habui, quae scriberem, et quae te scire gestirem; sed urget me tabellarius. Vale, vir nobilissime, et nos ama. XVII. Kal. Nov. cIↃIↃcIV.

Nobilissimo Viro A. de Bibran, equiti Silesio, amico plurimum colendo.

L. B. (Lugdunum Batavorum).

15. Isaacus **Casaubonus** A. de **Bibran**, viro nobilissimo, S. D.

Quod de meo silentio quereris, vir amicissime, aequitatem tuam desidero. Nam qui post discessum a nobis tuum ternas omnino acceperim, quaternas minimum scripserim, qui possum jure a te accusari? cum praesertim, quo litteras mitterem, incertus animi semper fuerim, metuens, ne id accideret, quod video evenisse, ut frustra scripserim. Misi ad **Lipsium** unas, ad magnum **Scaligerum** binas, ad **Heinsium** item binas. A te solas accepi, quae sub deditionem Ostendae fuerant scriptae, et quas Amstelodamo dedisti. Fero te judicem, an paria mecum feceris. Sed perierunt fortasse aliquot tuarum. Quod equidem facile mihi persuadeo, cum tui in me amoris vehementiam et constantiam animi tui cogito. Esto igitur, si ita vis, sancita inter nos praeteritorum temporum ἀμνηστία; ea quidem lege, ut, postquam cognovero, qua via literae ad te recte curentur, cessationis veniam sperare nullam possim. Superioribus meis egi semel atque iterum gratias tibi pro **Lipsii** Diva: cujus libri fatum si scias, multum rideas. Nam cum allatus mihi esset inter Jesuitas convivanti, rogatusque fuissem, ut legendum ipsis commodarem, mox illa acciderunt, quae me ab illis hominibus penitus abduxerunt: ita ut et libri et benevolentiae ipsorum simul jacturam fecerim; cum tamen pro vectura illius par pene argenti pondus improbissimus tabellarius a me exegerit. Vides fatum illius libelli, parum mihi amici, et, ne dissimulem, parum ex animi mei sententia. Quid? eone devenisse illum virum, ut omnibus illis τερατείαις fidem habeat? Ego neminem heic adhuc sanae mentis inveni, non dico e nostris, sed ex iis omnibus, qui fucum in re religionis non probant, quin miraretur scripti genus. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ταύτῃ. — Miratus sum in tuis novissimis aenigma istud, quod heic apponam, ut, si lubet, ipse mihi illud exponas. Accipe igitur tua verba: **Quod pera mihi exciderat, amabo te, literas Lipsii et ipsius Gruteri ad ipsum Gruterum remitte, qui eas mihi reddet.** Haec ego, quid sibi velint, juxta scio cum ignarissimo: quas enim tu mihi **Lipsii** aut **Gruteri**, ad ipsum **Gruterum** literas narras? Ego sancte affirmo tibi, nullas me unquam a tuo discessu **Lipsii** vidisse literas, in quibus vel γρῦ unum esset de te; tuas quoque nullas omnino mihi fuisse redditas, praeter duas quas dixi, τὸν ἐπὶ πᾶσι θεὸν juro tibi. Excipio solum, quas superioribus diebus Heidelberga scripsisti. **Gruteri** epistolam tibi inscriptam multos ante menses accepi, et statim ad **Scaligerum** misi, rogans ipsum et **Heinsium** meum, ut eam ad te mitteret, si ulla ratione possent. Arietis figuram, de qua loqueris, videbo lubens; si tamen nullo aut modico sumtu tuo fieri potest. Quod superest, Persium tibi mitto, quem velim adversus eos tuearis patrocinio tuo, qui commentarii prolixitatem accusaverint. Olim cum Genevae essem, et frequenti auditorio poetam illum publice exponerem, id serio agebam, ut etiam rudiorum rationem haberem. Hinc illa λεπτολογήματα; quae doctos offendere non debent, quia illis scripta non sunt. Nam quod tibi, viro doctissimo, eum librum mitto, mutuae amicitiae ratio facit, non quod mea abs te legi

postulem. De rebus Bohemicis, amabo, si quid habes certi, id mihi significa. Vale, nobilissime Bibran, et me ama. Lutetiae Paris. a. d. V. Eid. Mart. cIↃIↃcV.

Uxor et φιλιππίδιον meae te amantissime salutant.

Nobilissimo viro Abrahamo de Bibran, Silesio equiti, amico observando.
cum libro. Heidelbergam aut Francofortum.

---

16. Isaacus Casaubonus Abrahamo de Bibran, Equiti Silesio, S. D.

Accepi, nobilissime Bibran, quas ad praestantissimum Lingelshemium miseras, ut eas mihi curaret. Gaudeo reversum te in patriam, et tibi reditum gratulor. Sed vellem, ego et tu in alia tempora magis otii et tranquillitatis amica incidissemus. Nam de turbis vestris ex sermonibus multorum et literis cognovimus. Nostra autem Gallia quanto in periculo versetur impendentium motuum, nisi Deus avertat, quod opto et spero, non potes ignorare, si multa, quae post tuum discessum acciderunt, fama accepisti. Simul intelligis, quorum maxime culpa odia intestina foveantur; mox in bellum eruptura, si quid prudentes judicant. Illi sunt, quorum Cerbereum amphitheatrum vidisti nuper. O tempora! o mores! eone vivi pervenimus, ut palam cum veritate, cum literis nostris innocentissimis bellum geratur? Ut impie, perfide, diabolice maledicere omnibus bonis, pietas censeatur? Valeat vero ejusmodi pietas ficta, falsa, impia; mihi cum illa nihil unquam rei futurum; abominor, exsecror. Nam quid eramus commeriti, cur inclementer ille canis nobis diceret? et tu nos hortabaris ad genus idem scribendi, quo essemus hactenus usi? Scilicet modestia aut innocentia Lamiis illis placet, et Cerberis: qui id unum student et omnibus viribus ingenii contendunt, ut optime quemque meritum de literis traducant, et imperitissimum esse probent. Itaque Sycophantis istis Rex et Apollo literarum Scaliger nihil sapit; proinde cogito, quid de nobis, qui nulla ex parte cum semonis illius umbra sumus comparandi, existiment. At non propterea ἣν ἐλάχομεν σπάρταν cessabimus ornare pro virili: in Polybio serio jam tandem sumus: si modo Deus Opt. Max. vitam et tranquillitatem diuturniorem nobis indulserit. Constitui prudentiae civilis usum in eo scriptore ostendere. Sic enim amici magni suadent, quorum preces jussa sunt. Mitto nunc tibi libellum non magnae rei, quem superioribus diebus scripsi, de quo judicium tuum exspectabo, sed liberum et semoto affectu. De amplissimo Wackero miratus sum, quod nuper scribebas: cum rogares me, ut tui aliquam mentionem injicerem, cum ad illum literas darem. Mihi enim nulla plane cum eo notitia intercedit. Semel scripsi Marci Velseri hortatu: parum feliciter, ut res arguit; quum ab eo tempore, bien-

nium autem ferme est, cum scripsi, neque responsum ullum tulerim, neque testimonio cujusquam cognoverim, gratum illi fuisse hoc officium meum. Vale. Lutetia Parisiorum. Nonis Sept. cIↃIↃcVI.

Nobilissimo Viro Abrahamo de **Bibran**, equiti Silesio, amico observando.
Cum salute a **Bongarsio**.
cum libro.

17. Vir nobilissime,

Postquam in Angliam veni, unas tuarum accepi, quibus hactenus responsum a me non esse, ingenue fateor. Noli existimare, aut oblivione tui id factum, aut quod mutato solo, animum erga te mutaverim. Πρίν μοι χάνοι εὐρεῖα χθών. Sola est, quam vere afferre possum excusationis loco, diversarum curarum multitudo, quae me interdum in hoc genere officii reddit omissiorem. Animum meum scito et confide, eum esse erga te, qui fuit olim, cum una eramus Lutetiae, et de communibus studiis jucundissime garriebamus. Servo ut suavissima cimelia chartas a te acceptas studiis meis utiles, et si Deus voluerit, lucem aliquando per me visuras. Sed nunc longe alia me habent studia, Dei immortalis, ut mihi persuadeo, instinctu atque impulsu. Nam quum, Rege meo Henrico IV. exstincto, in Angliam venissem, et potestatem hic diutius manendi augustissima Regina, a Seren. Rege Jacobo rogata, mihi concessisset: quia non erat hic opportunitas, meos in Polybium commentarios edendi, placuit hac occasione uti, ut meas observationes ad historiam Ecclesiasticam spectantes in publicum proferrem, quod prius facere non potueram. Ac quoniam eo amentiae quidam venerunt, ut de antiquitatibus Ecclesiasticis judicium faciant ex Annalibus Baronii, visum est, huic errori obviam ire pro mea virili, et studiosis earum literarum semel indicare, quantum Baronio esset tribuendum. Videbis opus magna diligentia a nobis elaboratum, Ecclesiae Dei, uti spero, non futurum inutile. Cum in Galliis eram, hoc opus sum diu multumque meditatus. Sed vero dicendo non erat illa mansio opportuna. Quid me sit futurum, post hujus scripti editionem, non plane scio. Regina me repetit, impulsa a summis Viris, qui me in patriam reducem cupiunt. Ego Deo immortali me regendum sinam. Acuunt sane in me desiderium patriae cum aliae causae nonnullae, tum imprimis cupiditas perficiendi tot scripta inchoata, quae in scriniis meis latent, et semper, dum hic ero, latebunt. Haec pauca raptim scripsi, quum pararem plura: sed jam non licet. Quod superest, oro Deum immortalem, ut te servet. Vale, vir nobilissime, et me semper ama. Londini, Eidibus Oct. cIↃIↃcXIII.

Tuus quamdiu suus
Js. Casaubonus.

Praestantis virtutis et eruditionis viro, D. Abrahamo de **Bibran**, Nobili Silesio, amico plurimum colendo,

in Silesiam.

Epimetrum.

Epistola hujus fasciculi prima non est inedita, sed jam ante ducentos et quod excurrit, annos typis descripta, id quod ipsi, Niceronem (Nachrichten Thl. 21. p. 117.) ducem secuti, suspicati eramus in epistola dedicatoria pag. II med. programmatis, pag. V. extr. in exemplaribus separatim editis. J. J. Scaligeri Opuscula varia antehac non edita. Paris. ap. Hadr. Beys. 1604. 4., quae Vratislaviae in bibliotheca universitatis evolvimus, p. 574—582. continent epistolam nostram, paucis tantummodo locis in epitomen coactam. Inscriptio est: Lêtre à Pierre Antoine de Rascas, Sieur de Bagarris, maistre des Cabinets des Antiques du Roy. Membrorum orationis per notas certa divisio, quam vulgo vocamus interpunctionem, atque modus scribendi vocabula non convenit cum apographo nostro. Cujus generis nihil nisi graviora, quae occurrunt, notabimus, unaque loca, ubi in legendo peccavimus, indicabimus. Pag. 1. l. 20. legendum est: des aultres, ubi transscripsimus: les aultres, et entaillées (uno tenore scribendum) en esmerauldes, de gemmis scalptis intelligendum est. — Pag. 2. l. 1. lege: et tous les douze signes etc. l. 7. lege: Or il en a, ou pour le moins y en peut avoir etc. l. 8. et l. 21. legitur: qui, quod in notis suspicati eramus. l. 13. post verba: au nombre des vostres, sequitur in editione Parisiensi pag. 575. extr. imago gemmae aeri incisa, quam in fine hujus epimetri lapidi inscriptam addendam curavimus. Verba l. 13: où Silenus etc. incipiunt novam verborum seriem, ideoque intervallum inter l. 17 et 18. distinctum referciendum et post vocem: mamelle, solo commate interpungendum est. l. 20. vocabulum: plain, scribitur: plein. l. 23. non legitur: il y est, sed: il y aye. l. 25. verba: de devers, quae glossematis loco habenda sunt, omittuntur. l. 31. De parte est mutandum in: et par ce. — Pag. 3. l. 2. lege: Saltatricula. Quod in quattuor primis hujus paginae notis suspicati sumus, exhibet exemplar typis impressum, id quod, quum saepissime occurrat, praeterea non commemorabimus. l. 7. vocabula ex antecedentibus iterata: deux fleùttes, sunt delenda. l. 9. pro: gibre, legitur gibier, i. e. ferae venationi aptae, quo nomine cum cavillatione appellat comoedos. l. 10. lege: Thymelen. l. 13. pro: vraie, est legendum: vive. l. 16 loco vocabulorum latinorum, textui Gallico immissorum, legitur: entre les deux jambes. l. 19 et 20. desunt in libro, et loco earum nihil legitur nisi verba: en outre la tête. l. 29. post comma inseritur vocabulum: si. l. 31. pro: se reiouer legendum est: se resuer, i. e. se resver, se rêver. — Pag. 4. l. 2. lege: Hermulas; hinc ea, quae Pag III. l. 11. (V. l. 5. a fin.) falso conjecimus, corrigenda sunt. l. 5. et 6. legitur: pertinet ad Thymelen. l. 14. lege: deux cens ans. l. 18. pro: cernant legendum est: comme. l 24 falso legi: àsavouer. Ce pro: à savoir. Et. Pro verbo,

quod sequitur: oultrère, liber habet: posé. l. 32. corrigendi sunt infinitivi: graver, tailler. l 33. salme pro halme. — Pag. 5. l. 2. lege: l'Arabie. l. 6. legitur: Titinus pro Tinus. l. 4. pro au plus bas, legendum est: ou plus bas. l. 23. ante vocabulum: costé, Bibranus propter homoeoteleuton omisit universam lineam, quam ex libro addimus; legitur ibi: En une autre médaille la Sphinx porte un raisin, et en l'autre costé de la médaille etc. l. 24. ceux mutatur in: ces deux. l. 25. cestus legendum est cestui, vetus forma pronominis demonstrativi: ce. l. 31. legitur: Pour la XXXVI nous etc. l. 32. pro pour legitur par. — Pag. 6. l. 3. loco signi astrologici legitur: et caet. l. 4. legitur: auriez, lisiez. l. 9. pro faire lege fais je. l. 11. post faict commate solo interpungendum est. l. 13—15. verba: Excusez usque ad haste desunt. l. 17. pro 40,000 legitur: de quatre mille. l. 19. et sequentibus post punctum legitur: Ce livre ne sera exposé en vente et n' a été imprimé que pour en distribuer aux amis etc. Il ne me reste plus rien, Monsieur, sinon de prier Dieu qu'il vous tienne en sa garde. Reliqua desunt. Nostro in codice l. 20. verbum: anis legendum est: ains, quo olim Franco-Galli utebantur pro: mais. Margini codicis hic adscripta sunt Bibrani manu verba: Mendacium Scaligeri. — Post loci dieique indicationem in libro typis descripto legitur nota: Il faut noter, que la déscription de la grande pierre gravée est quelque peu différente de l'original, à cause que l'empreinte qu'on avoit envoyée au sieur de la Scala n'étoit pas nette.

Praeter hanc Opusculorum Scaligeri variorum editionem Parisiensem typis repetita sunt Francofurti, apud Jac. Fischerum. 1612. 8., quae editio (id quod Ebertum V. Cl. in Lexico Nr. 20431. fugerat) multis partibus aucta haud immerito vocatur in titulo; continet enim Notitiam fabulae Burdonum et undequadraginta epistolas, a Jos. Scaligero ad Just. Lipsium, Jan. Gruterum, Fr. Taubmannum, Jo. Caselium, Laur. Rhodomannum, Hel. Putschium, Jo. Js. Pontanum datas, quibus editio major anni 1610. caret; huic autem additus est index rerum et verborum memorabilium et quaedam figurae aeneae, quae desunt in editione minore, alias etiam minus emendate typis exscripta. Epistola nostra legitur pag. 492—501, in fine libri, qui in hac editione est bipartitus, quum Notae in Senecae Tragoedias alteram partem novis paginarum numeris consignatam incipiant; in exemplari autem bibliothecae academicae Vratislaviensis plagula Tomi secundi quarta, sigla Dd, non DD notata, paginarum numeros 417—452, non 49—64, habet.

Expositio Numismatis argentei Constantini, pag. 5. nostrae epistolae commemorata, inest iisdem Opusculis variis, ed. 1610. p. 143 — 152., ed. 1612. p. 139 — 148. In editione majore numisma aeri incisum additum est.

Haec hactenus. Postquam igitur errorem nostrum in edenda hac epistola ingenue sumus fassi, liceat simul mentionem movere rei, quam omnes fere literati nobiscum existimabunt maxime necessariam. Elaborationem dicimus atque conscriptionem Regestorum epistolicorum, laboris certe, sed etiam laudis plenissimam, quae initio majores tantum